

1983

I C O D I C E S

1984

impedimenta in propria persona non possit Pontificem adire, misisse ad praestandam obedientiam Johannem comitem in Schwabenberg, Leopoldum de eckertschaw, et Othonem de bobenberg, item Henricum flecklin apost. Palat. caesar. Auditorem et se Oratores. Etiam de hac Adlocutione silent, qui de Nicolao nostro egere.

Fol. 426. p. 2. Tractatio theologico-canonica, quae sic orditur: Circa potestatem a Christo collatam prelati ecclesie sex per ordinem sunt videnda. Primo de potestate Petri, Secundo de potestate Apostolorum, Tertio de potestate Discipulorum, Quarto de potestate Pape, Quinto de potestate Episcoporum, Sexto de potestate Curatorum. Horum VI. Articulorum quilibet in plures abit Conclusiones. Ita primus in 5. secundus in octo, verum in media Conclusionem 7. deficit evulsis foliis laboriosus hic Codex.

DCCCX.

- U. 569 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 333. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis distinctus et, ut fronte et calce adseritur, Collegio Ducali anno 1425. donatus a Venerabili Viro M. Johanne Aygel de Chornwenburga Artium et Medicine Doctore, qui undecies Facultati suae

Decanus, et a. 1412. Academiae Rector praefuit, varias Sermonum sacrorum Classes exhibet, quarum I. complectitur Dominicales et Feriales per annum in Epistolas et Evangelia, II. fol. 95. Quadragimales, III. fol. 138. pro Festis Domini, IV. fol. 165. pro Festis B. V. Mariae, V. fol. 185. de S. Viris, VI. fol. 243. de S. Feminis, VII. fol. 257. Sermones mixtos et asceticos. Exordium est ab Adventu, praeitque Processus generalis per aduentum, qui incipit: Preparare in occursum dei tui israel. Amos. 4. c. Verbum istud per totum aduentum predicabile est. in quo tria attendenda. Primo cui dicitur quod Israel &c. Sermones plerique breves sunt, pleni numericis illis distributionibus, quas, qui illis uti velit, deducat primo et amplifcet. In Classe V. Sermones sunt de Stephano, Ladislao et Emerico, quem Henricum facit Librarius, Hungariae Regibus, unde Hungarum fuisse, aut saltem ad Hungaros dixisse Nostrum infero. Nec tamen Collectio nostra aut Pelbarti de Temeswar Pomoeurium, aut Fratris Hungari Biga Salutis est, quae Sec. XV. typis edita habemus. Fol. 184. p. 2. alia aequae vetusta manu adjectae sunt X. Distichis comprehensae Figurae V. T. quae Deiparae adcommodari solent, hoc initio:

*Archa, columba Noe fuit hec, Moysi rubus, Aaron
Virga, Jacob scala, septima spica Joseph &c.*

Item

1985

H O M I L E T I C I.

1986

Item non melius metro illigata
Nomina omnium Librorum bibli-
corum: *Genesis. Exo. Levi. Nu-
me. Deu. Josu. Judic. et Ruth &c.*

DCCCXI.

U. 197 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 394. 4. non una ma-
nu exaratus, olimque partim a *M.
Andrea de weytra*, partim a *M.
Wolfgango de Egenburga* relictus
*Collegio beate marie virginis do-
mus rubee Rose aput fratres pre-
dicatores in wyenna* Congeries est
Sermonum intra annos 1418 —
61. partim in *Aula Collegij Du-
calis*, partim in *Monasterio Pre-
dicatorum* aut *Scotorum* ad Acade-
micos habitorem, oratoribus, qui
nominantur, *M. Petro de Pirchen-
wart* et *M. Job. de Titmanning*;
neque enim Sermones omnes vel
annum, vel locum, vel autorem
produnt, neque operae pretium
est, minutius in haec singula de-
scendere. Interpolantur tamen Ser-
mones hi quibusdam Argumentis
aliis, quae indicanda censeo.

Fol. 21. p. 2. *Sermo Clemen-
tis Pape de Sancto Jobanne Ewan-
gelista*. Mirandum, Sermones fa-
cundi hujus Pontificis, ordine *Sex-
ti*, a. 1352. demortui a nemine
typis haecenus commissos fuisse.
Συλλογὴν eorum unam inter Co-
dices *Homileticos* retuli *Vol. I.*
P. 3. Extant praeterea *Mss.* in
pluribus Bibliothecis *Angliae* et
Galliae, ut videre est apud *Oudi-
num T. III. col. 931.* in *Pauli-
na Lips.* in *Rhemensi* Archiep. in
Cathedrali Metensi, ubi *Sermo*

nofter habitus dicitur *Pontificatus
sui anno quarto*. Thema illius est:
Hic est discipulus ille &c. Job. ult.
et initium: *Cum considero de glo-
riofissimo apostolo et ewangelista
iobanne, quod secretorum ignoto-
rum est audius indagator &c.*

Fol. 190. p. 2. inserti *Sermo-
nes IV. S. Bernardi*, nempe I.
II. et III. *de Purificatione B. V.*
Mariae, qui in edit. *Maur.* legun-
tur *T. III. col. 959—62.* et *de
Annunciacione* II. qui ibi sequitur
col. 977. Interjecta tamen sunt in-
ter II. et III. *Excerpta ex Apolo-
gia* Ejusdem *ad Guilelmum Abb.*
quam inuenies *T. II. col. 527.*

Fol. 239. Adlocutio gemina
quorundam *Visitorum ecclesiasti-
corum*, quorum prior incipit: *Spe-
ctabiles viri, Patres ac domini mei
digne recolendi. Indignum non au-
tumarem, si quem ex vobis que-
stionis ambiguitas pulsaret, que
causa nostri ad vos aduentus et ve-
stre congregationis ad nos conuen-
tus existeret &c.* Altera: *Reue-
rendi Patres et Domini in christo
sincere dilecti. Ex mandato et com-
missione speciali reuerendissimi in
christo patris et domini nostri domi-
ni Leo. (nardi a Layming) episco-
pi patav. nec non dispositione ac
iussione serenissimi principis Alber-
ti domini nostri ducis Austriae &c.*
Agitur de *Visitatione Cleri infra
Anasum*, ut in utraque Adlocu-
tione exprimitur, *ab ista parte
Danubij*, idque, ut in priore, ex
statuto sacrae Synodi, *que pridie
(pridem?) in ecclesia pataviensi so-
lemniter et deuote extitit celebra-
ta.* Dioecesin hanc visitatam fuisse

a.